



<https://www.biodiversitylibrary.org/>

Annales des sciences naturelles

Paris, Fortin, Masson, 1834-1937

<https://www.biodiversitylibrary.org/bibliography/5010>

ser.3:t.5 (1846): <https://www.biodiversitylibrary.org/item/129766>

Page(s): Page 27, Page 28, Page 29, Page 30

Holding Institution: Natural History Museum Library, London

Sponsored by: BHL-SIL-FEDLINK

Generated 24 March 2024 6:48 AM

<https://www.biodiversitylibrary.org/pdf4/1684548i00129766.pdf>

This page intentionally left blank.

incurvation. Ainsi, si c'est le système cortical qui est le plus volumineux, sa partie latérale supérieure agira seule, en vertu de son excès de force d'incurvation, pour courber le caudex végétal, et, comme la concavité de sa courbure sera dirigée vers la terre, il courbera le caudex dans cette direction. Si c'est le système central qui a le plus de volume, sa partie latérale supérieure manifestera seule sa force d'incurvation, en vertu seulement de l'excès de cette force sur celle de sa partie latérale inférieure, et, comme la concavité de sa courbure sera dirigée vers le ciel, il courbera le caudex entier dans cette direction.

DE DICHERANTHO PARONYCHIEARUM GENERE NOVO.

P.-B. WEBB.

Ad fines sæculi XVIII plantas binas ex Ægypto atque Indiâ, *Pteranthum* a Forskohleo, *Cometen* a Burmanno descriptas, ut in systematibus novis ac cohorte quamque suâ non sine dubio includissent, multo vix sudore confecerunt scientiæ expurgatæ magistri. Ad *Camphorosmam* (ergo ad *Chenopodeas*) Linnæus, ad *Urticeas Pteranthum* addixit Jussæus. Illi dubiæ erat sedis *Cometes*, huic planta tetrandra nec longè a *Camphorosma* in systemate admissa. Intimam eorum fabricam adiit nemo atque ita oblitæ diu et sepultæ jacebant. Hinc pro genere novo *Saltia Cometen*, metuens tamen ne non idem esset, quod quidem mox agnovit, ac *Cometes* Burmannianus, ut ab ipso allatum est, habuit celeb. Brownius. Deinde diligentia scrupulosâ et noto acumine libratos approximatosque *Cometen* ac *Pteranthum* in novam compulit *Paronychiearum* tribum quam postea *Cometeas* Meisnerus, *Pterantheas* appellavit Endlicherus. *Saltiam* alteram condidit. Nos demum *Dichерanthum* (1) tribulim *Pterantheis* adducimus novum.

(1) Ab ἀρθρωσιν floribus, δις bis, χήποις viduis; ob flores pistillo perfecto orbatos qui hermaphroditum intermedium utrinque stipant.

Saltiam novellam Brownii, ipso præeunte celeb. conditore, ad *Amarantacearum* tribum suam *Desmochæteas* a *Pterantheis* notis nonnullis sejunctas, addixit cl. Endlicher. Pauca obstant quin in eundem cogantur gregem. Inflorescentia iis eadem ternata floribus duobus seu ramulis lateralibus abortivis vel monstrosis. Folia omnibus ut nostris, exceptâ *Digerâ*, opposita. Florum autem glomuli alterni sparsi vel suboppositi, bractea unica subtensi, in spicam disponuntur. Ovula conspicuè campylotropa sunt, hilo chalazâ et micropyle confusis, utriculi apicem spectantibus, unde radícula supera. *Pterantheis* hilum et chalaza lateralia, micropyle inferior, radícula infera. Scio profecto quantilli hæc omnia sint momenti sed quantulacunque dicenda tamen.

Per *Digeram* Forsk. capsulâ nucamentacæâ insignem, cui flores bini abortivi ad laminam minimam reducti sunt, *Desmochætearum* transitus ad *Amarantaceas* veras aperitur. Non aliter per *Dicherantherum* ad *Paronychieas* veras transeunt *Pterantheæ*. In *Comete* enim, ritè observante celeb. Brownio, ramulus totus in appendicem cum plurimis dichasiis bracteolis stipatis abit. In *Pterantho* duo tantum deformantur dichasia, in *Dicheranthero* paullo mutantur sed vix deformantur dichasia ultima et ad veras *Paronychieas*, quibus flores abortivi nulli, processio; nec mirum quod *Scleranthi* cujusdam arborescentis faciem præ se ferat frutex noster, sed jam novum nostrum genus tempus est adire.

DICHERANTHUS Webb.

FLORES ternati, pedunculo communi filiformi insidentes, medius perfectus, laterales abortivi masculi, appendicibus floribus deformatis e bractearum axillis prodeuntibus stipati. **CALYX** 5-partitus, *floris perfecti* laciniis oblongis concavis, apice dorso retrorsum mucronatis, *florum sterilium* lanceolatis, dorso appendiculo orbiculari scarioso auctis. **COROLLA** nulla. **STAMINA** cupulæ ovarii basin cingenti inserta, *floris perfecti* 2 (rarius 3), calycis laciniis 2 interioribus opposita (1) filamentis filiformibus, antheris

(1) Abortûs hujusce normam primus omnium strenuus et subtilis scrutator Jacobus Gayus (*Ann. des Sc. nat.*, 2^e sér., Bot., IV, p. 24) apud *Holostea tum*

2-ocularibus, versatilibus, rima longitudinali dehiscentibus. OVARIIUM liberum, sessile, *floris perfecti* 3-gono-ovatum, 1-loculare, 1-ovulatum, glaberrimum, ovulo e loculi fundo erecto, funiculo sub medio affixo, raphe crassâ, exostomio infero; *florum sterilium* minimum 3-gono-obconicum, astylum. STYLUS *floris perfecti* unicus, elongatus apice 2-fidus, laciniis intus papilloso-stigmatis. UTRICULUS cylindraceus, hyalinus, calyce persistente tectus. SEMEN erectum, elongato-obpyriforme, hilo submedio, basi micropylâ notatum, integumento unico indutum. PERISPERMUM ventrale, circa hilum copiosum, farinosum, ab apice ad basin cotyledonum protensum. EMBRYO leviter incurvus, radiculâ inferâ, cotyledonibus perispermo incumbentibus.

Frutex Canariensis ramis pendulis, foliis oppositis, teretibus, filiformibus, crassis, ima basi scarioso-dilatatis atque amplexicaulibus, exstipulatis, cymis ad apicem ramorum paniculatis, nutantibus, floribus e viridi albescentibus, bracteis hyalinis, oppositis.

DICHERANTHUS PLOCAMOIDES Webb.

D. ramis pendulis, foliis filiformibus crassis glaberrimis.

DESCR. Fruticulus esse videtur 4-pedalis, *Plocamam pendulam* H. Kew. foliis ramisque mire referens. *Folia* superiora paullatim decrescunt basis quæ semper concava et scariosa sensim protrahitur donec in ramis supremis in bracteas hyalinas concavas ex toto evadant; bracteæ primariæ 1-nerviæ, florum imperfectorum pedicellis breviores, lanceolatae, acutiusculæ, versus apicem erosæ, secundariæ calycibus florum imperfectorum quos stipant subdimidio breviores, oblongæ, superne fimbriatæ. *Calyx* glaberrimus, viridis, laciniis quincunciale ordine imbricatis, interioribus angustioribus, erectis, floris perfecti oblongis, concavis, superne fimbriatis, fimbriâ sub cucullo retroverso mucronato continuatâ; florum imperfectorum laciniis latioribus latiusque scariosis, apice dorso temporis tantum visam protulit et divulgavit. Nunc alia multa vidit atque idem de universo *Caryophyllearum* grege (cujus subordo *Paronychieæ*) prædicat. Filamenta scilicet ea quæ perianthii laciniis exterioribus opposita sunt primo, ut in genere nostro, deficere, ea autem ad extremum subsistere nec deficere unquam quæ calycis laciniis interioribus opposita, atque hunc decrementi ordinem ab extimis introrsum, quocumque obveniat staminum abortio, perpetuo servari, observavit.

pro mucrone saccello seu cincinno albo rotundo cavo scarioso decoratis et simili ornantur saccello appendiculi pedicellati (flores iterum imperfectiores) qui in bractearum florum imperfectorum axillis nascuntur. *Filamenta* cupellæ crassæ margine integerrimæ ovarii basin cingenti inserta, glaberrima, plana, 1-nervia, apice abrupte subulata, inclusa, pistillo demum vix subbreviora, persistentia. *Antheræ* oblongæ, introrsæ, medio affixæ, loculis elongato-ovatis, subobtusis, utrinque liberis, connectivo subnullo, per totam longitudinem dehiscentibus, mox caducæ. *Pollen* subdiscoideo-orbiculare. *Ovarium* ovatum, pellucidum, glaberrimum, ovulo obpyriformi-ovato, e fundo loculi arrecto, funiculo brevi lato alato apice angustiore suffulto; florum imperfectorum ovaria minima ovato-conoidea, sub-3-gona, obtusa, astyla. *Stylus* elongatus filiformis, apice 3-fidus, persistens, demum excrescente utriculo exsertus. *Utriculus* elongatus, diaphanus, calyce persistente tectus. *Semen* angustum, ovato-obpyriforme, luteolum, lineis longitudinalibus minutissime rufo-punctatum, hilo magno fusco, micropyle basali fuscâ. *Embryo* leviter incurvus aut fere rectus, perispermo ventri applicito, farinaceo albo, fere ab apice cotyledonum ad earum basin protenso, dorso et circa radiculam nullo. *Radicula* cotyledonibus planis ovato-vel ellipsoideo-lanceolatis parum brevior.

Hanc plantam in insula Gomera Archipelagi Canariensis die 16 Aprilis 1845 loco dicto Barranquillos de Valle Hermoso florentem legit stirpium coacervator indefessus Eugenius Bourgeau Allobrox.

EXPLICATIO TABULÆ 2.

1. Ramus floridus mag. nat. figg. cæteræ omnes auctæ. — 2. Florum cymula florem intermedium fertilem floresque binos masculos utrinque appendicibus (floribus magis abortivis) e bractearum axillis prodeuntibus stipatos exhibens. — 3. Lacinia calycina exterior floris hermaphroditi introrsum visa. — 4. Lacinia calycina exterior floris masculi introrsum visa. — 5. Pistillum floris hermaphroditi staminum urceolo insidens calyce direpto. — 6. Pistillum floris hermaphroditi ætate proevectius e staminum urceolo excerptum. — 7. Staminum urceolus floris masculi cum ovario suo imperfecto calyce avulso. — 8. Ovulum. *a*, funiculus; *b*, exostoma. — 9. Semen capsula diaphana clausum. — 10. Idem ab utriculo ablatum. *a*, hilum; *b*, micropyle. — 11. Idem longitrorsum sectum ut appareant cotyledones perispermo incumbentes. — 12. Embryo. — 13. Trium florum diagramma. *a, a*, bracteæ primariæ; *b*, flos hermaphroditus; *c, c*, flores masculi bracteis stipati quarum ex axillis appendices bracteolulati prodeunt.
-

The following text is generated from uncorrected OCR or manual transcriptions.

[Begin Page: Page 27]

NVEBB. — DICHERANTHO PARONYCHIEARUM. 27

incurvation, Ainsi, si c'est le système cortical qui est le plus volumineux ; sa partie latérale supérieure agira seule, en vertu de son excès de force d'incurvation, pour courber le caudex végétal, et, comme la concavité de sa courbure sera dirigée vers la terre, il courbera le caudex dans cette direction. Si c'est le système central qui a le plus de volume, sa partie latérale supérieure manifesterà seule sa force d'incurvation, en vertu seulement de l'excès de cette force sur celle de sa partie latérale inférieure, et, comme la concavité de sa courbure sera dirigée vers le ciel, il courbera le caudex entier dans cette direction.

DE DICHERANTHO PARONYCHIEARUM GENERE NOVO.

P.-B. WEBB,

Ad fines sæculi xvur plantas binas ex Ægypto aique Indiã, Pteranthum a Forskohleo, Cometen a Burmanno descriptas, ut in systematibus novis ac cohorte quamque su non sine dubio includissent, multo vix sudore confecerunt scientiæ expurgatæ magistri, Ad Camphorosmam (ergo ad Chenopodeas) Linnæus, ad Urticeas Pteranthum addixit Jussæus. Illi dubiæ erat sedis Cometes, huic planta tetrandra nec longè à Camphorosma in systemate admissa. Intimam eorum fabricam adiit nemo atque ita oblitæ diu et sepultæ jacebant. Hinc pro genere novo Saltid Comelen, metuens tamen ne non idem esset, quod quidem mox agnovit, ac Cometes Burmannianus, ut ab ipso allatum est, habuït celeb. Brownius. Deinde diligentia scrupulosà et noto acumine libratos approximatosque Cometen ac Pteranthum in novam compulit Paronychiearum tribum quam postea Cometeas Meisnerus, Pterantheas appellavit Endlicherus. Saltiam alteram condidit. Nos demum Dicherantherum (1) tribulim Pterantheis adducimus novum,

(4) Ab &y0esu floribus, dis bis, xñpois viduis ; ob flores pistillo perfecto orbatos qui hermaphroditum intermedium utrinque stipant.

[Begin Page: Page 28]

28: WWEBB. — DICHERANTHO PARONYCHIEARUM.

Saltiam novellam Brownii, ipso præeunte celeb. conditore, ad Amarantacearum tribum suam Desmochæteas a Pterantheis notis nonnullis sejunctas, addixit cl. Endlicher, Pauca obstant quin in eumdem cogantur gregem. Inflorescentia iis eadem ternata floribus duobus seu ramulis lateralibus abortivis vel monstrosis. Folia omnibus ut nostris, exceptà Digerä, opposita. Florum autem

glomuli alterni sparsi vel suboppositi, bractea unica subtensi, in spicam disponuntur, Ovula conspicuè campylotropa sunt, hilo chalazä et micropyle confusis, utriculi apicem spectantibus, unde radícula supera. Pterantheis hilum et chalaza lateralia, micropyle inferior, radícula infera. Scio profecto quantilli hæc omnia sint momenti sed quantulacunque dicenda tamen.

Per Digeram Forsk. capsulä nucamentaceä insignem, cui flores bini abortivi ad laminam minimam reducti sunt, Desmochætearum transitus ad Æmarantaceas Veras aperitur. Non aliter per Dicheranthum ad Paronychieas veras transeunt Pterantheæ. In Comete enim, ritè observante celeb. Brownio, ramulus totus in appendicem cum plurimis dichasiis bracteolis stipatis abit. In Pterantho duo tantum deformantur dichasia, in Dicherantho paullo mutantur sed vix deformantur dichasia ultima et ad veras Paronychieas, quibus flores abortivi nulli, processio; nec mirum quod Scleranthi cujusdam arborescentis faciem præ se ferat frutex noster, sed jam novum nostrum genus tempus est adire,

\

DICHERANTHUS Webb.

FLORES ternati, pedunculo communi filiformi insidentes, medius perfectus, laterales abortivi masculi, appendicibus floribus deformatis e bractearum axillis prodeuntibus stipati. CALYx 5-partitus, floris perfecti laciniis oblongis concavis, apice dorso retrorsum mucronatis, florum sterilium lanceolatis, dorso appendiculo orbiculari scarioso auctis. COROLLA nulla. STAMINA cupulæ ovarii basin cingenti inserta, floris perfecti 2 (rarius 3), calycis laciniis 2 interioribus opposita (1) filamentis filiformibus, antheris

(1) Abortüs hujusce normam primus omnium strenuus et subtilis scrutator Jacobus Gayus (Ann. des Sc. nat., 2^o sér., Bot., IV, p. 24) apud Holostea tum

[Begin Page: Page 29]

WEBB. — DICHERANTHO PARONYCHIEARUM. 29
9-ocularibus, versatilibus, rima longitudinali dehiscentibus. Ovarium liberum, sessile, floris perfecti 3-gono-ovatum, 1-oculari, 1-ovulatum, glaberrimum, ovulo e loculi fundo erecto, funiculo sub medio affixo, raplie crassä, exostomio infero; florum sterilium minimum 3-gono-obconicum, astylum. Stylus floris perfecti unicus, elongatus apice 2-fidus, laciniis intus papilloso-stigmatosis. Utriculus cylindraceus, hyalinus, calyce persistente tectus. SEMEN erectum, elongato-obpyriforme, hilo submedio, basi micropylä notatum, integumento unico indutum. PERISPERMUM ventrale, circa hilum copiosum, farinosum, ab apice ad basin cotyledonum protensum. Embryo leviter incurvus, radiculä inferä, cotyledonibus perispermio incumbentibus.

Frutex Canariensis ramis pendulis, foliis oppositis, teretibus, filiformibus, crassis, ima basi scarioso-dilatatis atque amplexicaulibus, exstipulatis, cymis ad apicem ramorum paniculatis,

nutantibus , floribus e viridi albescentibus , bracteis hyalinis , oppositis.

DICHERANTHUS PLOCAMOIDES Webb.

D, ramis pendulis, foliis filiformibus crassis glaberrimis.

DEscr. Fruticulus esse videtur 4-pedalis, Plocamam pendulam H. Kew. foliis ramisque mire referens. Folia superiora paulatim decrescunt basis quæ semper concava et scariosa sensim protrahitur donec in ramis superis in bracteis hyalinis concavas ex toto evadant ; bracteæ primariæ 1-nerviæ , florum imperfectorum pedicellis breviores, lanceolatae, acutiusculæ , versus apicem erosæ, secundariæ calycibus florum imperfectorum quos stipant subdimidio breviores, oblongæ , superne fimbriatæ. Calyx glaberrimus, viridis, laciniis quincunciale ordine imbricatis, interioribus angustioribus , erectis, floris perfecti oblongis, concavis, superne fimbriatis, fimbriâ sub cucullo retroverso mucronato continuatâ ; florum imperfectorum laciniis latioribus latiusque scariosis, apice dorso

temporis tantum visam protulit et divulgavit. Nunc alia multa vidit atque idem de universo Caryophyllearum grege (cujus subordo Paronychieæ) prædicat. Filamenta scilicet ea quæ perianthii laciniis exterioribus opposita sunt primo, ut in genere nostro, deficere, ea autem ad extremum subsistere nec deficere unquam quæ calycis laciniis interioribus opposita, atque hunc decrementi ordinem ab extimis introrsum, quocunque obveniat staminum abortio, perpetuo servari, observavit.

[Begin Page: Page 30]

30 WERBB. — DICHERANTHO PARONYCHIEARUM.

!

pro mucrone saccello seu cincinno albo rotundo cavo scarioso decoratis et simili ornantur saccello appendiculi pedicellati (flores iterum imperfectiores) qui in bractearum florum imperfectorum axillis nascuntur. Filamenta cupellæ crassæ margine integerrimæ ovarii basin cingenti inserta, glaberrima, plana, 1-nervia, apice abrupte subulata, inclusa, pistillo demum vix subbreviora, persistentia. Antheræ oblongæ, introrsæ, medio affixæ, loculis elongato-ovatis, subobtusis, utringue liberis, connectivo subnullo, per totam longitudinem dehiscentibus, mox caducæ. Pollen subdiscoideo-orbiculare. Ovarium ovatum, pellucidum, glaberrimum, ovulo obpyriformi-ovato, e fundo loculi arrecto, funiculo brevi lato alato apice angustiore suffulto; florum imperfectorum ovaria minima ovato-conoidea, sub-3-gona, obtusa, astyla. Séylus élongatus filiformis, apice 3-fidus, persistens, demum excrescente utriculo exsertus. Utriculus clongatus, diaphanus, calyce persistente tectus. Semen angustum, ovato-obpyriforme , luteolum, lineis longitudinalibus minutissime rufo-punctatum, hilo magno fusco, micropyle basali fuscâ. Embryo leviter incurvus aut fere rectus, perispermo ventri applicito, farinaceo albo, fere ab apice cotyledonum ad earum basin protenso, dorso et circa radiculam nullo. Radicula cotyledonibus planis ovato- vel ellipsoideo-lanceolatis parum brevior.

Hanc plantam in insula Gomera Archipelagi Canariensis die 16 Aprilis 1845 loco dicto Barranquillos de Valle Hermoso flo-

rentem legit stirpium coacervator indefessus Eugenius Bourgeau
Allobrox.

EXPLICATIO TABULÆ 2.

1. Ramus floridus mag. nat. figg. cæteræ omnes auctæ, — 2. Florum cymula

© florem intermedium fertilem floresque binos masculos utrinque appendicibus (floribus magis abortivis) e bractearum axillis prodeuntibus stipatos exhibens. — 3. Lacinia calycina exterior floris hermaphroditi introrsum visa: — 4. Lacinia calycina exterior floris masculi introrsum visa. — 5. Pistillum floris hermaphroditi staminum urceolo insidens calyce direpto. — 6. Pistillum floris hermaphroditi ætate provecius e staminum urceolo excerptum.—7. Staminum urceolus floris masculi cum ovario suo imperfecto calyce avulso.— 8. Ovulum. a, funiculus; b, exostoma.—9. Semen capsula diaphana clausum.—10. Idem ab utriculo ablatum. a, hilum ; b, micropyle.— 11. Idem longitrorsum sectum ut appareant cotyledones perispermo incumbentes.—12. Embryo.—13. Trium florum diagramma. a,a, bracteæ primariæ; b, flos hermaphroditus ; c,c, flores masculi bracteis stipati quarum ex axillis appendices bracteolulati prodeunt.